



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 1. Nomen Latij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

## DE ANTIQVA ITALIA,

Plestinus. Ostenduntur in planicie rudera Castrorum, quod hinc Romani postea fixerunt, hodie rudera di Trasimeno, vbi incolae urbem fuisse perhibent: hodie Lago di Perugia, nobis le lac de Perouse.

Tusci, villa Plinij junioris, de qua tam saepe in epistolis; quibusdam male, Borgo san- Sepulchro, nam fixa erat ad ripam Tiberis supra Tifernum, quod hodie Citta di Castello dicitur.

## CAPVT SEXTVM.

## De Latio.

**N**VLLVS in totâ Italâ locus, immo nulla in orbe regio reperiatur apud autores celebratior; quare aequi bonique lector consulet, si caput istud paulò longius excurrat.

## §. 1. Historica descriptio Latij in genere.

## NvM. 1. Nomen Latij.

SIC dictum est à latendo, quod in iis oris Saturnus profugus latuisset, ut aiunt Virgilius, & Mythologi; vel quod ea regio inter Apenninum, & Alpes lateat, ita Varro. Quidam tamen hanc vocem deducunt à Rege Latino; quamquam dubium sit utrum hic ab illa, an ille ab hac nomen acceperit.

## NvM. 2. Origo Latinorum ubi de Aboriginibus &amp; Pelasgis.

LATIVM incoluerunt primùm Siculi, seu Sicanii; qui autem ante Siculos ignoratur; sic Halic. lib. 1. Sicanii autem non tantum in Latino agro, sed & Sabino, & Tusco, sicut ex parte, vixerunt.

Tum autem ABORIGINES degebant in montibus atque ita di- eti sunt, vel quod postea ab iis Romani exorti sunt; vel quod ex multis regionibus cōuenientib[us] hinc confidissent quasi Aberrigines (quas causas affert Dionys. Hal. lib. 1. Festus Pompeius, & Sextus Aurelius Victor insinuant) aut certè à Græco ὄπος, quod in montibus vixerint, quam rationem quoque Dionys. attigit. Pausanias in Ar-